

(quippe si in confinio legitimi temporis petantur, et ejus terminos progabunt) dilationem petitori denegari conveniet: in ejus enim arbitrio fuerat tunc inferre litigium, cum petitae dilationis mora superstitie spatium posse includi. — § 1. Quod si defensio rei dilationis suffragium postulaverit: eandem asserta causa citra obstaculum temporis differri sancimus: quia nequaquam steterat in ipsius potestate, quando litigio pulsaretur. Dari igitur debet, etsi impetrata dimensio sese ultra temporis definitionem proferat: qua dilatione, si a reo impetratur, etiam actor in requirendis probationibus uti minime prohibebitur. — Dat. 14 kal. August. Romae, CONSTANTINO CAES. ET MAXIMO CONSS. 527.

7. Imp. JUSTIN. A. JOANNI P. P.

Supervacuum differentiam utilis anni in integrum restitutionis a nostra republica separantes, sancimus, et in antiqua Roma, et in hac alma urbe, et in Italia, et in aliis provinciis quadriennium continuum tantummodo numerari, ex die, ex quo annus utilis currebat, et id tempus totius loci esse commune: ex differentia enim locorum aliquid induci discrimen, satis nobis absurdum visum est. Quod non solum in minorum restitutionibus, (quibus utilis annus incipit currere, ex quo vicesimi sexti anni dies illuxerit) sed etiam in majorum hoc idem adhiberi sancimus; ut et hic pro utili anno memorata continuatio temporis observetur ad interponendam contestationem, finiendamque litem. — § 1. Et quemadmodum omnis minor aetas excipitur in minorum restitutionibus; ita et in majorum tempus, in quo reip. causa abfuerint, vel aliis legitimis causis, quae veteribus legibus enumeratae sunt, fuerint occupati, omne excipiatur: et non assimilis sit in hac parte minorum et majorum restitutio. — Dat. kal. septemb. Constantinop. post consulat. LAMPADII ET ORESTIS VV. CC. CONSS. 534.

TIT. LIV.

QUIBUS EX CAUSIS MAJORES IN INTEGRUM RESTITUANTUR.

1. Imp. ANTONINUS A. AEMILIANO.

Si propter officium *legationis* ad me bona fide factae, absens et indefensus condemnatus es, instaurationem iudicii jure desideras, ut ex integro defensionibus tuis utaris: nam eos quoque qui *legationis* officio funguntur, in eo privilegio esse, in quo sunt, qui reipub. causa absunt, receptum est. — P. P. 5 non. Mart. DUBIUS ET ASPERIS CONSS. 215.

2. *Idem*, A. DIONYSIO.

Si idcirco apud arbitrum praesentiam tu facere non potuisti, quod sub *custodia* militari jussu praesidis detinebaris, idque in veritate esse praesidi provinciae probaveris: accipies causae instaurationem. — P. P. 15 kal. oct. LETO ET CERRETI CONSS. 246.

3. Imp. DIOCLET. ET MAXIM. AA. ET CC. PROCULO DECURIONI.

In contractibus, qui bonae fidei sunt, etiam majoribus officio iudicis causa cognita publica jura subveniunt. — Dat. non. August. DIOCLETIANO ET ARISTOBEO CONSS. 285.

4. *Idem*, AA. PRISCIANO.

Respublica minorum jure uti solet: ideoque auxilium restitutionis implorare potest. — Dat. 2 id. novemb. DIOCLETIANO ET ARISTOBEO CONSS. 285.

5. *Idem*, AA. LICINIANO.

Si ab *hostibus* cum patre ac matre captus, postea his ibi defunctis, legis Corneliae beneficio reversus, successiones eorum quaesisti: exemplo utilis actionis, quae in integrum restitutis datur, cum exceptionis annuae (quae huic objici solet) objectae res vindicare non prohiberis. — Dat. 16 kal. Maji, CC. CONSS. 294.

TIT. LV.

DE ALIENATIONE JUDICII MUTANDI CAUSA FACTA.

1. Imp. DIOCLET. ET MAXIM. AA. ET CC. ATTALO.

Cum in rem actionem possessio pariat adversario; alienatione etiam

5. L. 42, in fin. D. de R. J. — 6. L. 125, D. h. t. — 7. L. ult. infr. de repud. vel abst. hered.

TIT. LIV. — 1. Lib. 4, D. 6. — 2. L. 8, D. h. t.; L. 14, D. de legation. — 3. *Immo vide* L. 25, § 9, D. h. t. — 4. L. 1, l. 9, L. 25, D. eod.; L. 4, § 1, in fin. D. si quis caut. in jud. stat. — 5. L. 19, § 1, D. de probat. — 6. L. 5, infr. commun. utr. jud.; L. 2, infr. de rescind. vend. arg. L. 7, D. de integ. restit.; L. 1, in fin.; L. 26, § 9; L. 28, § 2, D. h. t. — 7. L. 23,

iudicii mutandi causa celebrata, in integrum restitutio edicto perpetuo permittatur: intelligis, si rem, ne secum ageretur, qui possidebat, vendidit, et emptori tradidit: quem elegeris, conveniendi tibi tributam esse jure facultatem. — Dat. 6 kalend. decemb. Viminaci, CC. CONSS. 294.

TIT. LVI.

DE RECEPTE ARBITRIS.

1. Imp. ANTONINUS A. NEPOTIANAE.

Ex sententia arbitri ex compromisso jure perfecto aditi, appellari non posse, saepe rescriptum est: quia nec iudicati actio inde praestari potest: et ob hoc invicem poena promittitur, ut metu ejus a placitis non recedatur. Sed si ultra diem compromisso comprehensum, iudicatum est, sententia nulla est, nec ullam poenam committit, qui ei non paruerit. — P. P. 9 kal. Aug. Romae, ANTONINO A. 4 ET BALBINO CONSS. 214.

2. Imp. CARUS, CARINUS ET NUMERIANUS AAA. CLEMENTI.

Si contra compromissum adversarius tuus apud electum arbitrum praesentiam sui facere detrectavit, placitae poenae videtur obnoxius. — P. P. 8 kalend. Januar. CARO ET CARINO CONSS. 285.

3. Imp. DIOCLET. ET MAXIM. AA. ET CC. PETRONIAE.

Arbitrorum ex compromisso sententiae non obtemperans, si sordes vel evidens gratia eorum, qui arbitrati sunt, intercessit; adversus filiam tuam agentem ex stipulatu, exceptione doli mali uti poteris: sed ex doli mali clausula, quae compromissi stipulationi subjici solet, filiam tuam convenire non veteris. — P. P. 3 id. Januar. ipsis AA. CONSS. 295.

4. Imp. JUSTINIANUS A. DEMOSTHENI P. P.

Ne in arbitris cum sacramenti religione eligendis perjurium committatur, et detur licentia perfidis hominibus passim definitiones iudicum eludere: sanctissimo arbitrio et hujusmodi rem censemus esse componendam. — § 1. Si igitur inter actorem et reum, nec non ipsum iudicem fuerit consensus, ut cum sacramenti religione lis procedat, et ipsi quidem litigatores (in scriptis) hoc suis manibus vel per publicas personas (scripserint) vel apud ipsum arbitrum in actis propria voce deposuerint, quod sacramenti prestitis arbiter electus est, hoc etiam addito, *quod et ipse arbiter juramentum praestiterit super lite cum omni veritate dirimenda*: ejus definitionem validam omnimodo custodiri censemus; et (neque) reum, neque actorem posse discedere, sed tenere omnifariam, quatenus obedire ei compellantur. — § 2. Sin autem de arbitro quidem nihil tale fuerit vel compositum, vel scriptum, ipse autem partes literis hoc manifestaverint, quod juramenti nexibus se illicaverint, ut arbitri sententiae stetur, et in presenti casu omnimodo definitionem arbitri immutatam servari, literis videlicet eorum similem vim obtinentibus; sive ab initio hoc fuerit ab his scriptum, vel praefato modo depositum, dum arbiter eligebatur, sive post definitivam sententiam hoc scriptum inveniantur. *Quod (cum) sacramenti religione ejus audientiam amplexi sunt*: vel, *Quod ea, quae statuta sunt, adimplere juraverint*. — § 3. Sed et si ipse solus arbiter hoc litigatoribus poscentibus, vel scriptis, vel depositionibus (ut dictum est) manifestum facientibus, praestiterit juramentum, *Quod cum omni veritate liti libramenta imponat*: similem esse (etiam) in presenti casu prioribus ejus definitionem, et eam omnimodo legibus esse vallatam. — § 4. Et in his omnibus casibus liceat vel in factum, vel conditionem ex lege, vel in rem utilem instituire actionem, secundum quod facti qualitas postulaverit. — § 5. Sin autem in scriptura quidem aut depositione nihil tale apparuerit: una autem pars dicat *juramentum esse praestitum*, quatenus arbitrari stetur sententiae: hujusmodi litigatorum, vel solius arbitri sermones minime esse credendos: cum et si quis juramentum datum esse non iudice supposito, nec hoc scriptura partium testante, concesserit: incerti certaminis compositio (quae inter homines imperitos saepe accidit) non aliquid vigoris rebus iudicatis inferat, sed in hujusmodi casu haec obtineant, quae veteres super arbitris eligendis sanxerunt.

In AUTHENT. de iudicibus, § quia vero multae, col. 6, tit. 11, al. 10, seu Novell. 82, cap. 11.

Decernit jus novum, nullum sic fieri posse arbitrum, ut cum sacramenti religione iudicet: sed poenam statuat, qua praestita liceat a ju-

in fin. D. eod.; L. 9, D. de appell.; L. 5, infr. de jure reip. — 8. L. 1, supr. de offic. ejus, qui vicem alicuj. iudic. — 9. L. 1, § 1; L. 14, L. 15, D. h. t.

TIT. LV. — 1. Lib. 4, D. 7. — 2. L. 17, D. de pignorib.; confer. L. 24, § 2, D. de iudic. l. 1, infr. ubi in rem actio.

TIT. LVI. — 1. Lib. 4, D. 8; N. 82, c. 11. — 2. L. 32, § 14, D. h. t.; d. N. 82, c. 11. — 3. L. 27, § 4, D. h. t. — 4. L. 35, § 14, D. eod. — 5. *Abrog.* N. 82, c. 11.

F

de Fabricensibus, pag. 680. lib. 1. l. 1. tit. 9

de Falsa causa adjecta legato. 425. * 6. 44.

— moneta. 608. * 9. 24.

Familiae erciscundae. 198. * 3. 56.

de Famosis libellis. 614. * 9. 56.

de Feriis. 171. * 3. 12

de Fide et jure hastae fiscalis. 650. * 10. 5.

de Fideicommissariis libertatibus. 455. * 7. 4.

de Fideicommissis. 419. * 6. 42.

de Fide instrumentorum. 250. * 4. 21.

de Fidejussoribus et mandat. 554. * 8. 41.

— minorum. 142. * 2. 24.

— Tator. vel Curat. 349. * 8. 57.

de Filiisfamilias, et quemadmodam. 668. * 10. 60.

de Filiis officialium militarium. 755. * 12. 48.

de Filiisfamilias minore. 142. * 2. 25.

Finium regundorum. 205. * 3. 59.

de Fiscalibus usuris. 652. * 10. 8.

de Formulis et impetr. 158. * 2. 58.

de Fructibus et litium expensis. 496. * 7. 51.

de Frumento Alexandrino. 686. * 11. 27.

— Urbis Constantinop. 685. * 11. 25.

de Fugitivis colonis patrimon. 708. * 11. 65.

de Fundis et saltibus rei dom. 710. * 11. 66.

— limitrophis. 704. * 11. 59.

— patrimonialibus. 705. * 11. 61.

— rei privatae. 709. * 11. 65.

de Fundo dotali. 322. * 5. 23.

de Furtis et servo corrupto. 564. * 6. 2.

G

de Generali abolitione. 619. * 9. 45.

de Gladiatoribus penitus tollendis. 695. * 11. 45.

de Grege dominico. 714. * 11. 75.

F

- de Fabricensibus. pag. 680. lib. 21. tit. 9
 de Falsa causa adjecta legato. 428. * 6. 44.
 — moneta. 608. * 9. 24.
 Familiae erciscunda. 198. * 3. 36.
 de Famosis libellis. 614. * 9. 36.
 de Feriis. 171. * 3. 12.
 de Fide et jure hastae fiscalis. 650. * 10. 5.
 de Fidecommissariis libertatibus. 455. * 7. 4.
 de Fidecommissis. 419. * 6. 42.
 de Fide instrumentorum. 250. * 4. 21.
 de Fidejussoribus et mandat. 534. * 8. 41.
 — minorum. 142. * 2. 24.
 — Tutor. vel Curat. 349. * 5. 57.
 de Filiisfamilias, et quemadmodum. 668. * 10. 60.
 de Filiis officialium militarium. 753. * 12. 48.
 de Filiofamilias minore. 142. * 2. 25.
 Finium regundorum. 205. * 5. 59.
 de Fiscalibus usuris. 652. * 10. 8.
 de Formulis et impetr. 158. * 2. 58.
 de Fructibus et litium expensis. 496. * 7. 81.
 de Frumento Alexandrino. 686. * 11. 27.
 — Urbis Constantinop. 685. * 11. 25.
 de Fugitivis colonis patrimon. 708. * 11. 65.
 de Fundis et saltibus rei dom. 710. * 11. 66.
 — limitrophis. 704. * 11. 59.
 — patrimonialibus. 705. * 11. 61.
 — rei private. 709. * 11. 65.
 de Fundo dotali. 322. * 5. 25.
 de Furtis et servo corrupto. 564. * 6. 2.

G

- de Generali abolitione. 619. * 9. 43.
 de Gladiatoribus penitus tollendis. 695. * 11. 43.
 de Grege dominico. 714. * 11. 75.

dicatis recedere. Si contra hoc judicatum fuerit, iudex qui male iudicat, si dolo facit, poenam a Deo expectet: si ignorantia, nihil praeter sacramentum ei erit, neque litigatores rursus damno afficientur. — § 6. Si quis autem post arbitri definitionem subscripserit *εμμένειν* (id est, *permanere*) vel *πληροφρεῖν*, (id est, *implere*) vel *διδόναι*, id est, *dare*: (græcis enim vocabulis hoc enarrare propter consuetudinem utilius visum est) etsi non⁶ adjecerit *εμμένειν*, id est, *spondeo*: et sic omnimodo per actionem in factum eum compelli ea facere, quibus consensus: qualis enim differentia est, si hujusmodi verbis etiam *εμμένειν* adjiciatur, vel hujusmodi vocabulum omnino omittatur; si enim verba consueta stipulationum, et subtilis, imo magis supervacua observatio ab aula concessit; et nos quidem nuper legibus a nobis scriptis, multa vitia stipulationum, multasque ambages, scrupulosque circuitus correximus: cur non et hujusmodi scriptura totam formidinem veteris juris amputamus; ut si quis hæc scripserit, vel unum ex his, acquiescere eis compellatur, et ea ad effectum omnimodo perducere? Cum non sit verisimile, hæc propter hoc scripsisse, ut tantum non contradicat, sed ut etiam ea impleat, adversus, quæ obviæ ire non potest. — Dat. 3 kal. novemb. Decio & C. Cons. 539.

5. *Idem*, A. Juliano P. P.

Cum antea sancitum fuerat in arbitris eligendis, quos neque poena compromissi vallabat, neque iudex dederat, sed nulla sententia præcedente communis electio, ut *illorum sententia staretur*, procreabat; si quidem pro parte pulsata forma arbitralis procederet, exceptionem ei veluti pacti generari: sin autem pro actore calculus poneretur, nihil ex eo procedere ei præsidii: sancimus in eos arbitros, quos prædiximus, et quos talis consensus elegerit, sub eo pacto [vel] in scriptis, vel non in scriptis habito, ut eorum definitio stet: siquidem subscripserint, postquam definitio processerit, *quod non displiceat ambabus paribus eorum sententia*: non solum [re] exceptionem veluti pacti generari, sed etiam actori ex nostro numine in factum actionem, quatenus possit sententia ejus executioni mandari, in hac quidem regia civitate ab officio eminentissimæ præfecturæ, vel ejus, cujus forum pars persequitur fugientis: in provinciis autem tam per moderatores, quam per apparitores eorum, vel per iudices, quorum regimen [pars] pertimescit pulsata. Sin autem post sententiam minime quidem subscripserint [se] arbitri formam amplecti, sed silentio eam roboraverint, et non intra decem dies proximos attestatio missa fuerit vel judici vel adversario ab alterutra parte, per quam manifestum fiat definitionem non esse amplectendam: tunc silentio partium sententiam roboratam esse, et fugienti exceptionem, et agenti memoratam actionem competere. Altera autem parte recusante secundum præfatum modum, et implere statuta minime cupiente: nihil fieri præjudicii, neque parari vel exceptionem reo, vel actori actionem: exceptis videlicet arbitris, qui cum sacramenti religione electi sunt, secundum novellam nostri numinis constitutionem⁷: tunc etenim ea omnia servari [oportet], quæ lege nostra super hujusmodi audientia definita sunt.

§ 1. Licet non ignoremus Julii Pauli opinionem, et aliorum certorum prudentium, qui tetigerunt [quidem] hujusmodi questionem, quam in præsentem aggredimur, non autem peritissime peregerunt, sed usque ad quasdam actiones temporales standum esse existimaverunt: plenius tamen, et generaliter definimus, conventum in scriptis apud compromissarium iudicem factum ita temporis interruptionem inducere, quasi in ordinario iudicio lis fuisset inchoata. — § 2. Ad hæc generaliter sancimus, in his quæ apud compromissarios facta sunt; si aliquid in factum respiciens vel profectum est, vel attestatum, posse eo et in ordinariis uti iudiciis. — Dat. 6 kal. LAMPADIO et ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

6. *Idem*, A. Joanni P. P.

Sancimus mulieres suæ pudicitie memores, et operum quæ eis natura permisit, et a quibus eas jussit abstinere, licet summæ atque optimæ opinionis constitutæ in se arbitrium susceperint, vel, si fuerint patronæ, etiamsi inter libertos suam interposuerint audientiam, ab omni judiciali⁸ agmine separari, ut ex earum electione nulla poena, nulla pacti exceptio adversus justos earum contemptores habeatur. — Dat. kal. septemb. Constantinop. LAMPADIO et ORESTE CONSS. 530.

⁶ L. 7, infr. de testam.; L. 10, infr. de iudicomm.; L. 1, § 5, D. de hered. inst.; L. 106, D. de legat. 1; L. 67, § 9, D. de legat. 2; L. 6, supra h. t.; L. 18, L. 21, supra, de procur.; L. 2, § 1, supra, de his qui veniant; L. 2, D. de R. J.
⁷ Tit. LVIII. — 1. Lib. 4, Inst. 11; Lib. 2, D. 8, 9, 11, et Lib. 46, D. 7 et 8. — 2. § 5, Inst. de satisfact.; L. 1, supra; L. 65, D. de procur.; L. 5, § 2, D. ut in possess. legat.; L. 21, D. ratam rem hab.; L. 66, § 1, D. ad S. C. Iul. Treb.; immo vide L. 5, § 18, D. de oper. nov. nume.; L. 59, § 1, D. de procur. — 3. Adde L. 13, § 2, D. de solut. — 4. Vide enim L. 40, § 3, D. de procur.; L. 19, infr. de probat. — 5. L. 33, § 3 et seq.; L. 34, D. de procur. — 6. L. 48,

TIT. LVIII.

DE SATISDANDO¹.

1. Imp. DIOCLET. et MAXIM. AA. et CC.

Non est incerti juris, eum qui apud acta factus est agentis procurator, non compelli² ratam rem dominum habiturum satisfacere: hoc enim casu veluti presentis procuratorem intervenire intelligendum est. Itaque etsi postea mutata voluntate procuratorem esse noluerit, tamen iudicium, quo quasi procurator expertus est, iudex ratum habere debet³. Sin autem ei ab adversario suo opposita fuerit in ipso litis⁴ exordio defensionis⁵ allegatio: etiam ipse quasi absentis in hac parte procurator satisfactionem super excipienda lite præstare cogitur: qua non procedente, lis, quæ ei data est, ulterius procedere a iudice non⁶ conceditur. Rei autem procurator vel defensor, etiam sub gestorum testificatione factus, in ipso litis limine *judicatum solvi*⁷ satisfactionem in omnibus causis præstare cogitur. — Dat. 9 kal. novemb. CC. CONSS. 294.

TIT. LVIII.

DE FORMULIS ET IMPETRATIONIBUS ACTIONUM
SUBLATIS.

1. Imp. CONSTANTINUS A. Marcellino præsidi Phœnicie.

Juris formulæ occupatione syllabarum insidiantes cunctorum actibus radicibus amputentur¹. — Dat. 10 kalend. febr. CONSTANTIO 3 et CON-
STANTE 2 AA. CONSS. 342.

2. Imp. THEODOS. et VALENTIN. AA. Hiero P. P.

Nulli prorsus non impetratæ actionis in majore vel minore iudicio agenti opponatur exceptio, si aptam rei, et proposito negotio competentem eam esse constitierit. — Dat. 10 kalend. Maji, FELICE et TAURO
CONSS. 428.

TIT. LIX.

DE JUREJURANDO¹ PROPTER CALUMNIAM DANDO.

1. Imp. JUSTINIANUS A. Demostheni P. P.

In omnibus causis, sive propter literas fuerit apud te certatum, sive propter instrumenta, sive propter quicquam aliud, in quo necessitas probationis incumbit: sancimus non aliter easdem probationes præstare compelli, nisi prius qui eas exposcit, juramentum de calumnia præstiterit², *Quod non causa differendi hujusmodi proposuit allegationes*: nam sacramenti timore contentiosa litigantium instantia compescitur. — § 1. Ne autem perperam in questionem servorum quidam venientes, sui animi crudelitatem exercent, non aliter concedi eis, qui questionem servorum exposcunt, ad hoc venire, vel a iudicibus audiri, nisi³ prius tactis sacrosanctis Scripturis deponant, *quod non odio servorum, vel propter offensas coheredum ad hoc venerunt: sed quia aliter rerum hereditariarum veritatem exquirere vel ostendere non possunt*. — Dat. 12 kal. octob. Constantinop. DECIO V. C. CONSS. 529.

In AUTHENT. de his qui ingred. ad ap., § fin., col. 3, tit. 4, al. tit. 14, seu Nov. 49, cap. 3.

Hoc sacramentum hodie remittitur, cum in initio juret nihil se calumniose in toto negotio exigere.

2. *Idem*, A. Joanni P. P.

Cum [et] iudices non aliter causas dirimere concesserimus, nisi sacrosanctis⁴ Evangeliiis propositis et patronos causarum in omni orbeterarum (qui romano imperio suppositus est) prius jurare, et ita perferre causas disposerimus: necessarium duximus presentem legem ponere, per quam sancimus in omnibus litibus quæ fuerint post⁵ presentem legem inchoatæ, non aliter neque actorem neque fugientem in primordio litis exercere certamina, nisi post narrationem et responsionem, antequam utriusque par-

¹ 4, D. d. t. — 7. § ult. Inst. de satisfact.; L. 46, § 3, D. de procur.; L. 3, infr. de consort. iud. lit.; adde tit. D. iudicatum solvi.
² Tit. LVIII. — 1. Adde § 1, Inst. de verb. oblig. L. 4, § 6, supra, de recept. arbit.; L. ult. supra, de his qui in eccl. man.; L. 13, infr. de testam.; L. ult. infr. de interdict.; L. ult. infr. de adopl.; L. ult. infr. de emancip.; L. ult. infr. de donat.
³ Tit. LIX. — 1. N. 49, c. 3; N. Leon. 97, 99, 107; 2. Feud. 55, § 1; adde Lib. 12, D. 2. — 2. L. 34, § 4; L. 57, D. de iurejur.; L. ult. infr. de fideicomma. — 3. L. ult. in fin. infr. de questionib. — 4. N. 90, c. 9, in fin.; L. 15, § 4, infr. de iudic. — 5. L. 7, supra, de legib.

